

1017

P A T R I S T I C I

1018

Excerpta sunt ex *Isidori Hispal. Synonymis* indicatis *Codd. CCLXXI.* et aliis.

X. fol. 106. *Sermo de nouo Sacerdote*, *Collectanea* praecipue e *Nicolao de Dünkelspühl*, et *Boethio*. Item *Sylloge Sententiarum* *Moralium*.

CCLXXIX.

<sup>324</sup> Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 9. f. utpote initio et fine multatus, per duas columnas commode exaratus continet I. *Fl. Albini* seu *Alcuini Angli* *literarum* cum aliis in *Gallia* auspice *Carolo M.* restauratoris *Librum de Vitiis et Virtutibus ad Widonem Comitem*, et quidem ab iis C. XXIII. de *Superbia* verbis: *superbire cupit. Omnis quoque peccati initium superbia est* &c. Collatus cum *Celf. Frobenii* edit. *Ratisp.* T. II. a p. 140. non habet ea, quae e variis *Codd. mss.* deprompta ibi uncinis inclusa leguntur; neque ea, quae sub finem post verba: *perpetua coronabitur gloria*, ex *Canisii Lect. antiq.* T. VI. editioni *Paris.* 1617. ab *Andr. Quercetano* adiecta sunt, sed horum loco laciniam quandam non bene cohaerentem, quae incipit: *Lapis etenim quadratus eque stat. quocunque uersus fuerit* &c. quaeque in eam sententiam inclinare posset, qua quibusdam visum est, *Alcuinum* duos libellos separatos, unum de *Vitiis*, alterum de *Virtutibus* dictasse, prout etiam *Codex Vatic.* exhibet, Laciniamque nostram

Praefationis instar *Secundo* praefixam fuisse, nisi aliter quatuor Virtutes suas in Opusculo ipso *Alcuinus* enumeraret, aliter in nostra lacinia enumerarentur. Ibi sic: *Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia*; Hic vero: *Prudentia, Fortitudo, Continentia, Iustitia*. Laciniam itaque hanc ab alio quopiam adfutam arbitrer, licet ad calcem ejus legitur: *Explicit liber alcuini de vitiis et uirtutibus.*

II. fol. 3. p. 2. sequitur *Collectio* quaedam inscripta minio: *Incipit de Canonibus*. Similis est antiquis illis *Admonitionibus Synodalibus*, quales habes ante *Burchardi Decreta*, et in *Append. Actorum Vet.* ad *Reginonem* edit. *Baluz.* a p. 602. Sed ex abrupto incipere videtur, et sat mendose scripta est. Initium: *Vt res aecclesiae. nullus accipiat nisi sacerdos. neque nullam rem de terra sanctuaria et de euangelio. Qui fidem suam mentitur. excommunicetur usque quo peniteat. Qui coniugem dimiserit. similiter* &c. *Decretis* ejusmodi per unam et mediam *col.* nullo materiae nexu continuatis succedit *Rubrica*: *Sermo in Synodo faciendus*. Nequaquam tamen *Sermo* sequitur, sed eodem, ut ante, tenore *Decreta* procurrunt. Ita scilicet: *Predicandum est Sacerdotibus ut aecclesias suas semper nitidas custodiant et mundas. nullumque animal in ea intrare ullo modo permittant. Nichilque aliud in ecclesia fiat. nisi oratio et officium diuinum. Placitum ullum seculare non*

1019

## C O D I C E S

1020

*ibi agatur &c.* Ita deinceps de Synodo, de Administratione Sacramentorum, de Quadragesima, et Poenitentium reconciliatione, donec *col. 6.* tota Collectio in *Poenitentiale* evadat, cujus Canon ultimus: *Qui alterius uxorem fricauerit. III. annis peniteat.* Vetustam admodum esse Collectionem isthanc, omnia suadent, neque in editis, quas pervolvi, eam reperi.

III. *fol. 6. De Conjugatis. Et Viduis.* Exponitur C. VII. *Epistolae I. ad Corinth.* hoc initio: *Loquitur apostolus paulus corinthiis. Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat &c. Que sententia sic est intelligenda. Eo tempore quo in penitencia non estis in invicem dormite si vnus ex duobus ita questerit &c.*

IV. *fol. eod. p. 2.* Erafa inscriptio. Sed est *Adbortatio*, primo ad non admittendos in morbis corporis *Sortilegos, filasteria* et *caracteres* aegris adpendentes, dein contra fraudes in vendendo, irreverentiam in templis, et neglectum Filiolorum in Baptismo susceptorum. Initium: *Fratres*

*Rex sedet in cena turba cinctus duodena  
Se tenet in manibus se cibatur ipse cibus.*

Sequuntur Versus illi ἀνεοιχοι, *Regis adire sacre &c.* quorum primae Literae nomen *Radbertus Levita* conficiunt; desunt vero cetera, quae in edit. *Marteniana* T. IX. *Collect. ampl. Monum.* p. 373. praecedunt. Prologus est ad *Placidum*, quod Editores *Hist.*

*Quamvis bona sit sanitas corporis multum melior est sanitas mentis &c.* Similia in *Caesarii* et in *Augustino* suppositis *Sermonibus.* Ad calcem rubro: *Finit de canonibus.*

V. *fol. 6. p. 2. Incipit de Vitis Patrum.* Initium: *Quidam requisivit abbatem isaac dicens. Abba quare te demones tantum timent? &c.* Sunt Excerpta de Abb. *Machariis* duobus, *Sisoi, Apollonio* et *Mucio*, maxime e II. et III. Libb. *Rufini*, ut sunt in edit. *Herib. Rosweydi Antverp.* 1628. f.

*Hispanicae* quaedam voces *fol. 4.* adscriptae vero simile faciunt Membranas has ex ea Regione adlatas olim fuisse.

CCLXXX. VI. 28

Codex chartaceus lat. Sec. <sup>542</sup> primum XV. dein XVI. Folior. perscriptorum 98. 4. continet: I. *Paschasi Ratberti* Abb. *Corbejens.* Scriptoris Sec. IX. Librum *de Corpore et Sanguine Domini* praemisso hoc Disticho:

*liter. Franciae* T. V. p. 294. *Warini* Abb. *Novae Corbejae* agnomen fuisse tradunt. Textus divisus nobis in *Capita XXIII.* ibi definit: *ad illa resurrectionis gaudia quantocius uenire valeamus.* Confer etiam *Codd.* in *Indice* notatos.